(1)

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Rußiae
Prußiae, Maßoviae, Samogitiae, Livoniaeque &c Princeps Transylvaniae

Generose Fidelis nobis dilecte. Proficiscitur iussu et nomine nostro
ad Fid: Tuam Generosus Stanislaus Kostka Subcamerarius Cul:
mensis. cui nos certa quaedam ad Fid: Tuam suorum militum causa
mandata dedimus. Hortamur itaque Fid: Tuam ~~cum~~ ut illi cum Fid:
Tua cuiusque militibus, ver[bis no]stris agenti fidem omnem, haud secus
quam nobismet ipsis coram adhibeat. Et quod in rebus omnibus
erga nos studium hactenus adhibuit nobis gratum, illud etiam
isto in negotio militum mittendorum adhibeat. Bene valeat
Fid: Tua: Datum ex Castris nris ad Pleskoviam die 28. Novem:
bris Anno Domini M°D°LXXXI. Regni vero nri Anno
SEXTO.

Stephanus Rex